



CORONIS
 QUORUNDAM EPICEDIORUM

Reverendis plurimum, Clarissimis, Consultissi-
 mis & Excellentissimis Dominis Professoribus,
 nec non Præstantissimis quibusdam
 Studiosis,

In
 OBITUM PRÆMATURUM
 AT BEATUM!

*Viri-Juvenis dum viveret literis & moribus
 Ornatissimi*

Dn. JOHANNIS ERNESTI REICHELMI
 Halâ Saxonis,

Postliminiò exaratorum.



Dicolos Tetrastrophos.



*L*rgo mortiferis abripit invida
Te, REICHELME, Tui, raptibus Atropos,
Spem Patris, columnen sustulit & domus,
Annis ex juvenilibus.


*Dignus transigeres Methusalem dies:
Fama quippe Patri cum celebri tuo,
Acritum ingenio, tam pietas tua,
Quam virtus bona par erat.*

*Verum cuique dies stat sua, per breve
Tempus: Nox remanet posita cuilibet:
Calcandum semel est mortis iter fera,
Tranat non homo terminum.*

*Jussu ergo Triadis sic agitur bene
Tecum: nam medio est turbine raptus es
Vite in perpetua gaudia; Nos adhuc
Ærumnis sumus obvii.*

Jacobus Martini SS. Theol. Doct.

& Prof. Primar. Fac. Theol. Senior.



*P*raestet oberrando vaccinia carpere nigra,
& juvenile novâ cingere fronde caput?
Praestet an ætherias, hâc tempestate, coronas
nectere, & hoc altâ linquere mente solum?
Cùm lanugineus juvenum flos quæreret ex TE,
REICHELMI, arbitrio sisteret idque tuo;
Exemplo responsa dabas, callemq; præibas
quo itur ad intrepidus perpetuosq; choros.

Hic

Hic sonat Hymenem, geminatq; Thalassio vocem:
Cede Sabine foras, hanc nihil arce potes.
Felices, latrocinis, & valle caduca
crepti; quis non hanc velit arce regi?

Joh. Hulsemannus D.

*Nullam sortem hanc triste doleam REICHELME? beatum
Quin Ego Te potius terq; quaterq; precor:
Causam ne rogetes: modo spectes publica fata,
Quae furis diris arva paterna premunt.
Undiq; nam muros hostis circumsonat armis,
Atq; per indigenas fulminat ense suo.
Neudum bodie cessant lachrymae, Madeburga Smaragda
Hostis cum gladio & funditus igne perit.
Tu vero caeli celsam delatus in arcem
Omnia contemnis, quae minitatur homo.*

Gottfr. Reutter D.

*Hæc vita est hominum, dum vivere posse putantur,
spes fugit, & invenes mors vocat atra viros.
Qui modo defunctus, primo de flore recessit,
sic subito, ut cœpit, corrui omnis honos.
Sed benè defunctis, requies conceditur ipsis,
ad requiem cœli spiritus iste redit
Nulla quies mundo est, turbantur cuncta, ruuntq;,
nec pietas isthoc tempore tuta manet,
Atque nimis terret miserum quod degimus ævum,
adde scelus mundi, quod nova damna parit.
Tu Deus, alme pater, mundi conamina siste,
& tua nos requies, non peritura, beet.*

*M. Johannes Scharfius Saxo
Profess. Publ.*

Ergo

Ergo, parùm parcis viors, non tibi pulcra juventus
Cura, nec virtus ingeniosa licet.
Ecce rapis Janum Reichelmum, summa parentis,
Qui spes, qui sophia magnus amator erat.
Sic agis: at scimus, quod vita beata supersit
Defuncto, Christi quippe fidelis erat.

Johannes Sigismundus Keil
Dresdensis.

Illa dies, CHRISTO quæ flagra, crucemq; necemq;
attulit, ipsa Tibi fata suprema tulit
Jan-Ernest! reor, non hoc absq; omne factum;
sed Dominum causas fors habuisse suas.
Nam velut in vita Christi comes usque fuisti:
sic in morte sibi te comitem ipse cupit!
Ut frater fratrem, vel sponsum sponsa sequatur,
sintq; ita sorte pares, sunt ut amore pares.
Hinc, ad judicium Christo veniente, resurges,
& lætus perages Pascha perenne poli!
Interea quanquam Te, inopinã morte peremtum,
profusis lacrymis luget uterq; parens;
Tu tamen, Elysiis per mortem ingressus in hortos,
Vivis cum Christo & pace beatus agis!
Nos heic in lacrymis, sub Morte & Marte perenni
jactamur; sed Tu gaudia mille capis!
Sæpe quidem miles galeas ostentat & arma,
queis hostem vicit; vana sed ista puto:
Nam, quibus hic vicit, non rarò vincitur armis,
& fortuna tenax bellica nulla manet.
Tu verò fidei scuto, galeaq; salutis
(Armis, quæ vinci nescia) dives, ovas!
Ergo quid doleam? potius Tibi gratulor istam
Sortem, commutat quæ mala multa bonis!
Hisce bonis frueri, & cum CHRISTO cœlica pange
Gaudia; nos sequimur, quando JEHOVA volet!

M. Joachimus Otto, C. P.

ALLOQUIUM ΤΕΤΡΑΓΩΝΤΟΝ

Præstantissimi juvenis

JOHANNIS ERNESTI REICHELMII

ipso die Salvatoris æmortalis in Do-
mino defuncti.

I.

Ad HALAM Patriam dulcissimam.

Alma HALA, nuper gloria fulgida

HALA urbium, quotquot roseo exerens

Os mane, vesperem profundo

Delius ipse serens coruscã

Luce intuetur, quæ facies tibi

Tàm pulla? honoris pectus amabile

Stat obsoletum turbulentis

Luctibus, atq; polum micantem

Olim secundo vertice verberans,

Nunc in nigrantem migrat humum (dolor

Heu!) luctuoso vultu? Alumna

O bona, numnè tuas ad aures

Rumor susurrans ille celerrimo

Tendit volatu, qui tibi diceret

Functum fuisse lucis usu?

Ab ita namq; vides & audis,

Sum functus aurâ terrigenâ modò

Vita, perennem dego sed in polo

Vitam Camillis cum supernis

Iliade à creperâ periclûm.

Sic nunc quiesco : luminibus meis

Vidi, HALA, te nunc, HALA tenerrima.

Defloruit quidem rotundus

Oris bonos, decus & nitescens

B

Lingua

ngua ; sed in caelo mage splendida
Mihi manebit gloriola : ah mea
Nutrix ! nec unguibus cruentis
Carpe genas madidas , opacos
Nec gentium instar velle capillulos ,
Candens inusta nevé not à nota ,
Vultus ebur jam pectoris q̄,
Reprime sed potius fluentes
Nunc lacrymarum , quoso , sinus citò :
Mundo maligno ter valedicere
Decrevi , amara ne viderem
Millia : non perij , ast adivi
Ad caelicorum templa cohortium :
Voces secundas quin mihi persona ,
Vita Halcyonia aeviterna
Quod licuit penetrare ovanter ,
Quò gaudiorum mille tripudijs
Nunc obruor , quin letitia fruor ,
Quam non ocellus vidit , & quam
Audijt Euigenum nec ullus . &c.

II. Græcè.

Ad Parentes dilectissimos.

Φεῦ Φεῦ Τηῶν περνοτάτων κάρη
 ὦ Φίλα . ἤδη αἶα Φυσίζο
 Χάδεν τὸ σῶμα , καὶ λέλοιπα
 Ἡελὶς γλυκερὴν Φαεονῆ
 Ὀμιλῶν ἐδλαῖς τῶ ὀμοχασεῖς
 Χεῖρεσιν αὐτῶ κατθανονιά γλαῶ
 ἐν ἀνθρῶ ἤθης ὅς γ' ἐώλωψ
 Δηρὸν ἔχειν πᾶσι πῶν ὀλωλεν

Ἐλπωρη

Λπυρή ἐδλή μᾶ κέρει, Φίλᾶτοι
ὦ Ἰκῆες, χάσμα Φιλόφρηνη
Τύμβοιο εἶλεν, ὡς ἐέρση
Λήϊς ἐξ ὑστὲρ μάλ' ὠκα
Πέπλωκε, καλὸν λήϊον ἀφθόνοισ
Καρπύσιν ἀνθῶν, ὦ πολυφίλᾶσι
Τερπνοὶ Ἰκῆες μὴ κακῆσι
Τείρετε νῦν νεφέλη μελαίνῃ
συγνῶν ἀνιᾶν τὰς καρδίαι, μάλα
Μηδ' ἀλγεσιν ἔθυμὸν ἀχόετε,
Πένθη δ' ἰασηκέτω, ὅτ' ἡμαρ
ἔλαβε πορφυρέης τελευτῆς
Καλῆ ἐν ἤβῃ ἴσις ἐνὶ κρέμασι
Μυσῶν μ' ἰαίνοντ' ἀσκελέως φρένας,
Μῆτι περιρῥαίνωνται ὄμβρω
Δακρυόεντι καλαὶ παρειαί,
Τρεῖς ὅττι μοῖρασι αἰὲν ἀμείλιχοι
Δῶκαι τελευτῶν τῶ βίωτῃ φίλῃ,
Κήρυξ ἐπειδὴ θυμὸς ἐδλός
Ἰεὺ θάλογις δρακείου,
Δηλοέμελῃ καὶ ὑψινοφείθῃ
ἐν νηῶ ἀγνώ ἐνδυκέως μάλα.
Μὴ κλάυσσον, ὦ μήτηρ μεγίστη,
Ὅττι γε καρπαλίμως ὀπωπῶν
ἐξ ἀπλανῶν νῦν οἰχομαι, ἔλλιπον
καί τ' ἑταίρας, καὶ σε ἐνὶ χθονί,
Ὅς κἀγχυ σπυδαίων ἐθήκα
Πρῶτα θεμεθλα βίω ἐν ἐδλῶ.
Ἄλλ' εἰν ὀλύμπῳ κραιπνὰ μαθήσομαι
κλειτὴν ἐγὼ τῷ Φιλοφίλῳ πάνυ,
ἐν τῷ ὀλύμπῳ γλασέων τε
Κύδη ἐθιματᾶτων ἀκῆσω,
ἐν τῷ ὀλύμπῳ θεοφίλῳ ἐγὼ
Μετ' ἄλλοις ἐσαν νωλεμές ἔασι
Τοι δέξομαι τῆς εὐσιβέαςιν
Ἠδέα καὶ μάλα πότῃ ὑπερθευ.

Ἡμεῖς κέλευθον πέμψετε τῷ βίῳ
 Τύτῃ ἐν αἰηθροῦν, ὅσον θεῶ
 Διεὶ ἐόντι τῷ δρέσκι,
 Ἡμέας ὅς καὶ τέλει, τῶ κῆες
 ὦ φίλοι, ἄξει ἐκ χροῦ ὅς ἀφροῦ,
 ἐκ τῆς θαλάσσης πένθε ἀσώετῃ
 Πρὸς τῷ κάρηνα καὶ ὀλύμπῃ,
 χάριματῃ πᾶ μεῖ' ἐμᾶ ἔχητε. &c.

III. Hebraicé.

Ad Fratrem, JEREMIAM GOTTFRIDUM
 desideratissimum.

יתה ירמיהו אודך
 יום נים על עבודתך
 יתן לך האלהים
 אלפי שנאן תמיד טובים
 אלה היו תהיה נחמה
 לאבי לזקנים למך
 תשתוחחתי ופוג לבי
 בבין זרועיך אחי
 אה בין זרועי מושיעי
 לעולמים אחיה חפשי

IV. Chaldaicé.

Ad VVitebergam, Alumnam amabilissimam.

נהנה לא הו מתאבל
 מותי הוא לחור נטלי
 אקום ביום די דיני
 מדיצוב מן בית אב דני
 אנה לטשי חפשימי
 לשנוא בטשי דוני

Singulatis συμπαραθείας καὶ μνημοσύνης
 ἐνεκα confer. à
 Michaelē Zahn Chemnitio-Misn.
 Sax: Elect. Alum.

HAlta tuos luge flores, quos undique raptat
 Lethum, ne veniat fructus ab inde tibi!
 Nam (plures taceo, quos functos munere vitæ
 Abstulit immiti Parca severa manu)
 Non Oleam Tubinga tibi modò, Gallia fortem
 Ellenbergerum, Lipsia Drachstedium,
 Helmstadium Goldstein, Gallum Salana, aliosq;
 abstulit; ast iterum jam nova damna capis:
 Wittenberga etenim Bartholdi funere nota

JANUM REICHELMUM nunc quoque & ipsa rapit!
 Verùm, quid rapiat locus iste vel ille? Jehova
 Prohib. tu recipit, quos dedit ante, suos.
 Ergò, si hocce Dei fuit (ut fuit) alma voluntas,
 Nostra nec in fectum reddere vota queunt.
 Nos certè (Deus hinc teneras cum colligat herbas)
 Pœna manet lento sera sed ampla pede.
 Hinc ab itum potius maturum grator, & opto
 REICHELM I junctus protinus esse tibi,
 Concilia interea te fortunata piorum,
 Semper inexhaustâ luce serena tenent.

Dn. Sympatriota & contubernali
 quondam desideratiss.

συμπάτριω

F.
 Johannes Olearius

ANte diem moreris Reichelme ô Frater amande
 Longum qui seclum vivere dignus eras
 Ingens, crede mihi, nunc sollicitudo laborum
 Sopita est, ita eras Sedulus in studijs.
 Stellula lucebas vivus, nunc mortuus inter
 Calicolos audis fulgida stella poli.
 Felix qui sic est ad motus ad ultima Fati
 Vivat ut ille polo, vivat ut ille solo.

Henricus Krüger Lunæb. Sax.

B 3

Gratulor



Gratulor & doleo. Doleo quod mortuus ille
Usui qui mundi vivere dignus erat.

Gratulor extincto vitæ sine fine perennem
Cum Christo ut possit vivere & esse polo.

Ergo Erneste jaces? salve: tua corporis ossa
Terra tegit, mentem cælica cura regit.

Wilhelmus Dannemannus
Lunæburgensis,

ANNI TEMPUS ADEST, Quo grana & semina terræ
Mandantur, atque transferuntur arbores;

Nonnulli flores etiam, quo crescere possint
Feliciter, fructusque ferre plurimos.

ANNI TEMPUS ADEST, Quo vivum semen Abrahæ,
Quo Cœlici Granum est humatum Tritici;

Quo Sanctum Germen David, Quo Vitæ & Arbor
Vitæ, patentis Flos agri translatus est.

NUNC ET TEMPUS ADEST, Quo per dilectæ Johanne
Erneste agro tui Satoris conderis,

Ut, quamvis ibi putrescas, feliciter inde
Crescas tamen, fructusque Gloriæ feras;

TEMPUS ADEST, Quo ceu Palmes, ceu nobile germen,
Electa Planta, & Sarculus tener Dei

His terris Paradisiacum transferris in hortum,
Quitior, fecundior, atque amœnior,

Qui nec diluvio divinæ obnoxius iræ,
Qui nec Draconi nec Locustæ ulli patet;

Sed quô Pax, quô vera quies, quô vera Voluptas,
Quo Sanitas perennis & Beatitas.

NAB QUOQUE TEMPUS erit, quo, quæ jam *Seminis* instar
Caro conditur, potentiorque & pulchrior,

Et longè quàm nunc majore redibit honore,
Animæque, quæ Dei quiescit in Manu,

Runcta in Pace suos, quos hocce reliquit in orbe,
evi set, & cum illis perenni gaudio

Cœlesti

Cœlesti in Patriâ sine fine modoque fruetur
Cunctis abundans absque tædio bonis.
Hoc Vos Defuncti recreetque levetq; Parentes,
Fratres, Sorores queique opus solatio:
Quòd sua Mors ipsi est bona Sors; Quod nobile factus
Hoc funus est, abituq; Olympi ad Gaudia
Hic obitus; Lethum Lucrum est & janua Vitæ,
Vitæ perenni Gaudio plenissimæ.
Hanc meritò REICHELM tibi nunc gratulor; Hanc &
Tuis mihiq; & omnibus piis precor.

Antónius Fischer Hall.S.
SS.Th.St.

Non alius status est nostri generis, sumus omnes
Nascentes apti semper ad interitum.
Terra suum repetit, membrorum mole soluta.
Ætherias scandit mens animata domos.
Eheu!, sic rapuit nobis injuria Mortis,
(Debebat meritò qui superesse diu)
Egregium formâ juvenem, pietatis amantem
REICHELM, Virtutisq; Ingenii Patrij
Propagatorem, sed sic de mille periculis
Sublatus Mundi; gaudia mille capit.

Condolenter fundebat
Wenceslaus Bötticher
Halens. Sax.

Vita quid est hominum? nebula fuga: quando vo-
carunt

Horæ horam, totus, qui stetit ante, cadit

Non

*Non tantum cani menses aut extera ledunt
Fulmina, sed viridi labimur herb a solo.*
Exemplum Tu triste satis DEFUNCTE dedisti,
Atque utinam id hac non clade docere velis.
Credimus hæc nobis cusa infortunia lapsu
Et fragilem fragili corde venire diem.
Credimus & meminisse DEUS ter maxime, dona
Vivat ut ac semper mens moritura tibi.

Johannes Stollius

Andreas montanus

Cberuscus.

Siccine, qui mecum jacuisti corde sub uno,
mecum educatus institutusq; es simul;
Siccine fraterni præter Spem vincula amoris
rumpes, & abrumpes laborum stamina?
Siccine Germanos tales (concordia quorum
Deo probata est atq; mundo) dirui!
O utinam ulterius vel te retinere, parive
tecum modo liceat mihi decedere!
Sed jam lingua stupet, rigida & vox faucibus hæret;
nec plura jam præ lacrymis queo dare.

Responsio piæ defuncti.

Non morior, sed ad æternam, GERMANE, renascor
vitam, mihi quam Christus affecutus est.
Vita hæc est verè tranquilla, quieta, beata;
Est Gaudium perennibus plenissima,
Ist hanc ad vitam nunc hujus carcere mundi
en avocor, redibo sed cum gaudio:
Ergò valete Pater, Mater, Fratresq;, Sororesq;
æquisq; ferte mentibus fatum meum:
Sum non amissus, verùm præmissus in arcem
tutam, atq; cunctis divitem verè bonu.

Exiguam & lugubralem hanc Tabulam in
perennem fratris sui Memoriam suspendere
voluit.

Jeremias Gottfridus Reichelmus.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







B.I.G.

Farbkarte #13



124

IS
CEDIORUM
simis, Consultissi-
nis Professoribus,
quibusdam
ATURUM
teris & moribus

TI REICHELMI
S,
YUML.

